



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Vitæ Pontificum Romanorum**

Ex Antiquis Monumentis Collectae

**Sandini, Antonio**

**Bambergae, 1753**

XXV. S. Sixtus II. Anno Christi 260. Valeriani Et Gallieni Imperator. 6.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65446](#)

*qui tunc multa perpassus est, tempora  
illa omnium infelicissima de Antichristo  
predicta, in Valeriano esse putaret ex-  
plata.*

## XXV.

**S. SIXTUS II.**  
**ANNO CHRISTI 260.**  
**VALERIANI ET GALLIENI**  
**IMPERATOR. 6.**

Bar. an. 260. §. 5. **S**IXTUS II. Atheniensis anno 260. VIII. Kal. Septembr. in An. 261. Stephani locum successit. (1) Anno in-  
 §. 1. 5. sequente VIII. Idus Augusti, vel  
 Pag. an. 258. §. crucis suppicio, vel capitis abscis-  
 2. 3. sione decessit. (2) Quare menses  
 undecim & dies duodecim sedit in Pe-  
 tri solio. Bonus & pacificus Sacerdos  
 ac propterea beatissimus martyr appelle-  
 latur à S. Pontio in vita S. Cypri-  
 ni cap. 17. Quid memorabile ege-  
 rit, non reperio. Illud ex Indicu-  
 lo depositionis Martyrum tradit  
 Pearsonius in Annalibus Cypriani-  
 cis ad an. 258. §. 3. eum Petri &  
 Pauli Apostolorum corpora ad Ca-  
 tacumbas transtulisse. magis in dies sa-  
 viente persecutionis ardore, ut ibi sta-  
 gioncs

*tiones tutiū haberi possent.* (3) *Du-*  
*râsse autem Sixto Pontifice contro-*  
*versiam de baptismo, sub decessore*  
*ejus discepiāri cœptam, colligo ex*  
*tribus epistolis ab S. Dionysio Ale-*  
*xandrino ad eum datis, quarum*  
*fragmenta recitat Eusebius lib. 7.*  
*Hist. Eccl. cap. 5. & 9.*

## ANNOTATIONES.

(1) Eusebius lib. 7. Hist. Eccl. cap. 5.

(2) Baronius ad an. 261. §. 5. *Unus*  
*Prudentius hym. 2. eum cruci affixum*  
*tradit: sed id ab aliis minime confir-*  
*matur. S. Cyprianus epist. 82. ait, Six-*  
*tum in cæmeterio animadversum: quæ*  
*vox sæpe significat decollatum: siquidem*  
*abscissionem capitis vocat solitam ani-*  
*madversionem Pontius S. Cypriani Dia-*  
*conus, in ejus vita cap. 15. apud Surium*  
*die 14. Septembbris.*

(3) Petavius in Animadversionibus ad  
 S. Epiphanium pag. 356. *Ego Stationem*  
*religiosum illud esse fidelium officium ar-*  
*bitror, quo certis diebus ad Synaxim*  
*adeuntes, ibidem ad nonam usque perse-*  
*verabant, ad quam insuper jejunia pro-*  
*ducebant. Unde & pro multitudine*  
*ipsa conventuque nonnunquam solet ac-*  
*cipi.*

XXVI.